 Copia finit amorem

Doctiss.me D.ne,

Non expecto tu dum defluat amnis, et ille crapulam suam edormiverit, vel indomitum fortasse falernum despumaverit, quisquis est homo ~~nequissimus~~ prodigiosissimus, qui animas meas tradere tibi neglexit. Nimirum si aliquando ad te redierit, iam duplicis molestiae periculum adis. At vero nimium benigne de humanitate tua, et sinistre hactenus, et sperare in posterum iussi sumus, quam ut his infortuniis vindicamur, apud quem tot his impune tulimus. Ad rem quod attinet, et amissi illius argumentum, si forte (quod auguror) nunquam illa te visura sit; Satyram scripseram. Rem ridiculam, inquies, a tali calamo! At Satyram tamen: et quidem, ut partim a convivio Hospitali, partim a lectione Iuvenalis Horatii et aliorum recenter incalueram, argumento non adeo a veritate remoto, quam fortasse apud saeculum inviso. ~~Quid sententiam~~? Tanti non est ut verborum phaleris adornem; breviter scito, Thesin fuisse τὸ Copia finit Amorem, magistri Amorum. et multo ante quam unquam illa aut in mentem aut manum venerit (ausim gloriari habuisse me hactenus immunem ac virgineam a talium studio iuventutem) factum animum hoc dogmate gestasse; quem ac tandem, obstetricante expeditione, [illegible] aliquot ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ assentio in luminis oras ~~[illegible]~~ produxisse. Sed adde, quod et in prioribus me monuisse memini; magis aliquanto Satyrae scribendae prurigine quam veritatis asserendae studio. Sicut illi qui tentandi viribus ad propositam metam ~~sunt~~ currunt, non quo illam attingant, sed quo ~~[illegible]~~ currant. Quam protestationem veniam ab aequitate tua [illegible] rogamus meo Postumo, si forte ~~[illegible]~~ minus ex animi tui sententia locutus fuero, dum [illegible] instar ille videor ~~[illegible]~~ cui te pridem cum bono deo feliciter addixisti. Quodque sunt quibus est candor, et, si serio hic satyram agam, non subtimesco quidem ne saccharatas quod ~~viridis~~ albas mihi placeant cum forte te nigris oblectes. Nimis est illud et verum quot homines tot sententiae, et summum iudicium summum naturae decus, diversitas. Sed ne ~~[illegible]~~ sam ubi philosopher, ~~[illegible]~~. Redeo ad abortum meum, quem ita censurae tuae subiicio, ut et humanitati commendatum cupiam. imprimis vero indicare te nobis quid hoc in genere profecisse videamur, prout in aliis quam aliquando tecum communicavimus. Etsi otium defuisset exscribendis istis, habuisses alterum exemplar in locum amissi. Nunc Itinerarium meum, cui Satyram subiunxi, totum ad te mitto. Si quot bonas horas male perdendas habes, poteris et huic deambulationi paulisper insistere, et, si tanti est, expendere quibus curis aestatem istam inspersimus. Fallor, nisi aliqua passim occurrent, quae te capiant, et rerum exoticarum [illegible] moveant. Sic audacter apud te auguror, ~~post~~ post iudicium summorum virorum Reip. nrae apud quos opellam istam meam in pretio haud vulgari fuisse, ~~[illegible]~~ glorior. Te monito et quod polite aut ~~[illegible]~~ hic nugas, sed credere, raptim iste mihi [illegible] dicam parvum, quoties nimium a turba

subducendi nec sentimi; in codicem redacta esset. Sed si etiam spectas, tali, ut quemadmodum hic personam sustinuit Nob.s Dns Aerssenius in suam omnem eandem rem pr. dignatus est valde vir magnus; et si perplexitatem ~~hanc~~ istam incusas, prolixam ~~…~~ voluminis et propendium affectum excusa, quo confabulari tecum cupiens me vix scilicet iam desinendum. Sed tu meum vale atque iterum, Egregium Athenaei nostri decus, et me ama. Hag. Com. 8° Id. Octob. [illegible]

T. T. amantissimus

[illegible]

Libellum istum ubi perlegeris, rogo quam primum remittas; vice, quanto fit securiori, quod ad sciendum nautarum est. Si Patris de meum nosti, et illum tuum affectum quo et libros et coetera qualiacumque perlegunt, facile ignosces sollicitudini nostrae circa has tricas.